1197 Ea tempestate qua hec gerebantur erat Prage in capti-
vitate domnus Wladizlaus captus ab episcopo in infirmitate sua
propter germanum ipsius Primizl. Verum postquam mor-
tuus est episcopus, Boemi maiores natu exemptum de
vinculis domnum ac principem sere constituunt non
ausi vota sua transferre in fratrem eius, sepe dictum
11ab. P Primizl, duabus de causis, quarum prima fuit, quia
f. 112, A f. 28 contra eum pugnaverant, secunda, quia gratiam im-
peratoris non habebat.[1] Tali ordine nec non et tempore,
Jun. 15-22 hoc est in octavis beati Viti[2] domnus Wladizlaus sub-
Ros. 1 limatus in ducem deinde in kal. Novembris misit et con-
vocavit clerum et populum in ~~clerum~~ Pragam, abbates
etiam, prepositos et canonicos omnes iussit adesse tam-
quam tractaturus cum eis de pontificali electione. Itaque
invenimus P convenimus et invenimus iam sibi persuasum a suis f. luc. 2
familiaribus, ne talem poneret, qui posset aliquando re-
calcitrare, quod et factum est. Nam quendam ex capella-
nis suis nomine Miliconem cognomento Danielem, nobis
latenus incognitum, designavit in episcopum negata
omni electione clero, quem in odium defuncti episcopi non
multum diligebat. Ibi vidimus unde satis doluimus,
quod idem Daniel episcopatu investitus flexo poplite fecit
sminium prefato duci Wladizlao in preiudicium antique
libertatis et in derogationem privilegiorum imperialium,

1) Vgl. hierzu Dorn, Jb. Heinrichs II, 439, Anm. 4 u. ~~Hofmann~~, Bretholz 289, Anm. 1.

2) Wohl der ganze Zeitraum der Oktave, Jun. 15 – 22.